

mare et omnia que in eis sunt. De quo etiam
apostolus dicit. Quoniam ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in seculorum
secula. A. M. E. R.

Heremissime tene et nullatenus dubites
patris et filii et spiritus sancti unam
quidem esse naturam. Tres vero esse
personas. patremque solum esse qui dixit. Hic
est filius meus dilectus in quo michi compla-
cui. Et filium solum esse super quem illa non
solus patris sonuit quando in iordane secun-
dum carnem baptisatus est unigenitus deus.
Qui carnem solus accepit. et spiritum sanctum
patris et filii solum esse qui in specie columbe
super cristum baptisatum et ascendentem ab
aqua descendit. Et quinquagesimo post resur-
rectionem cristi fideles immo loco positos in
liguarum ignearum visione adueniens reple-
uit illam vocem qua solus locutus est deus pater.
Et illam carnem quam solus homo factus est unigenitus
deus. Et illam colubam in cuius specie spiritus sanctus su-
per cristum descendit. Illasque linguas igneas in
quarum visione fideles uno loco constitutos repleuit
opa esse totius sancte imitatis. idem unius dei. qui fecit
omnia in celis et in terram visibilia et invisibilia